



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

Acquaviva, Claudio

Coloniæ Ubiorum, 1616

117 Adiuua me, & saluus ero: & meditabor in iustificationibus tuis semper.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50645)

IN PSAL. CXVIII.

507

Expecto securus auxilium tuum , promis-
sum tuum, faciem tuam. Quæ enim est ex- stra.
pectatio mea, nisi tu Domine, apud quem *Psal. 26.*
& substantia mea est? Expectatio mea vita *Rom. 5.*
æterna est. Non confundas me , non eru- *Psal. 38.*
bescere facias , tanquam expectatione fru-
stratum. Sed quis verè sperauit in te , & con-
fusus est? Sed plus audeo. Tremens dico, Neque
sed audeo tamen. Ne confundaris ipse ab frustra ex-
expectatione tua. Quid enim expectasti de pectatio-
ne? an vt facerem vuas , & feci labruscas, Dei de no-
& spinas? Aliud expectasti , & aliud in-
uenisti : fructus expectasti , spinas protuli: *Isai. 5.*
ne confundaris ab expectatione tua. Ecce
truncus iste Adam spinosus, non nisi spi-
nas profert. Sed , si tu omnipotens inse-
rueris medullis meis spiritum tuum , pro-
feram fructus vite , fructus tuos , fructus
honoris , & honestatis. Insere te mihi me-
dullitus, vt eos pariam. Insere vicissim me
in te , & fient emissiones meæ *Paradisus* *Cant. 4.*
malorum punicorum : vel vt in hebræo,
paradisus deliciarum. O Saluator , & su-
ceptor meus , in hoc glorificaberis , quia
potens , & suavis es.

117 Adiuua me , & saluus ero , & medita-
bor in iustificationibus tuis sem-
per.

TA N Q V A M responsum fuerit mi-
hi in silentio , Si non vis confandi *August.*
Y 2 ab

508 MEDITATIONES

ab expectatione tua, non intermitas me-
ditari iustificationes meas, sentiens istam
meditationem plerumque animæ laguo-
ribus impediri, compellor orare, adiuua
me: ut& salius factus ex accepto beneficio
non senior, sed vigilantior fiam; & grato
animo in tua lege, tuisque iustificationi-
bus mediter, non frequenter, sed semper.
Semper enim in illis superest, quod quærā:
vbi & lūa beneficia, & tua iussa, & tuam
dulcedinem, & ex alloquio tuo nouam
sapientiam hauriam.

118 Spreuisti omnes discedentes à iu-
dicijs tuis, quia iniusta cogitatio
eorum,

Peccato-
res nihil,
& nugæ
funt.

Soph. 3.

Eccles. 1.
Sperni à

IN græco, ad nihilum deduxisti. Tales
omnino sunt, qui discedunt à lege tua,
tales abs te æstimantur. Qui enim rece-
dunt à lege, & mandatis tuis, à te discedunt:
quos merito per Prophetam quisquilias,
& nugæ vocasti, dicens. Nugæ, quia à lege
recesserunt, congregabo. Discedunt autem
non locorum spatijs, sed inobedientiæ elō-
gatione, non vijs, sed vitijs. Nec subduntur
maiestati, nec seruiunt benefactori, nec
congruunt regulæ: superbi pariter, & cœ-
ci. Merito contempti, & despici, & ad
nihilum redacti, & pro nihilo habiti,
quando vniuersa vanitas, qui non timet
Deum, & eius mādata nō seruat. Quo quid
mi-